

Source: ASP, Not. Nicolò Aprea, reg. 831, cc. 69v-71r.

*Last will and testament of Altadonna, widow of Benedetto Chaseni senior, a Jewish citizen of Palermo. She leaves most of her property to her children and bequeaths four ounces to the Palermitan synagogue.*

Eodem XVIII Octobris XV<sup>e</sup> Ind.

Altadonna Iudea, relicta quondam Benedicti Chaseni senioris, c[ivis] P[anormi], presens coram nobis infirma corpore, sana tamen mente et suis rationis compos existens, timens divinum repentinu iudicium et casum humane fragilitatis ne ab hoc seculo intestata decederet, considerans quod nil certius mortis et nil incertius hora mortis, cassis prius per eam et omnibus viribus evacuatis omnibus testamentis, codicillis aliisque ultimis voluntatibus per eandem Iudeam habitis, conditis atque factis, suum presens nuncupativum sive scriptis condidit testamentum quod valere iussit omnimodam roboris firmitatem.

In primis dicta testatrix instituit et ordinavit suos heredes particulares Merdoc et Sabet Chaseni, eius filios legitimos et naturales natos ex dicta testatrice et dicto quondam Benedicto suo olim marito, in una domo solerata cum cortilis in variis membriis consistentem, sitam et positam in Cassaro Panormi in vanella habitacionis domus quondam Riccardi de Gimbesio, secus tabernam uxoris quondam magistri Nicolai de magistro Angelo ex una parte, et secus domum heredum quondam Busacce Xacamia ex altera, liberam et expeditam ab omni onere census et qualiter servitutis etc.

Item prelegavit dicto Sabet Chaseni uncias decem in bonis mobilibus et una cortina de suis cum faciebus de serico.

Item instituit suum heredem particularem Benedictum Chaseni, eius maiorem filium natum ex dicta testatrice et dicto quondam suo marito, in una apotheca solerata sita in quarterio Conciarie, in contrata Lattarinorum, secus apothecam sacre domus mansionis Theotonicorum Panormi ex una parte et secus apothecam magistri Iohanni de Parisio sillari ex altera, cum

onere census unce auri unius p. g. debitis singulis annis in perpetuum in XV augustali operi marammatis maioris Panormitane ecclesie, libera et expedita ab omne alio onere et alterius cuiuscumque servitutis. Item in omnibus aliis bonis mobilibus et stabilibus, iuribus et actionibus universis et nominibus debitorum dicte testatrici spectabilibus et pertinentibus dicta testatrix instituit, fecit et sollemniter ordinavit suos universales heredes eosdem filios suos videlicet Benedictum, Merdoc et Sabet Chaseni equali portione.

Item voluit et mandavit testatrix ipsa quod bona predicta hereditaria in quibus predictorum heredum particulariter et universaliter sunt instituiti, ut supra, nullo tempore vendantur et alienantur tam per dictos heredes, quam per eorum heredum, set predicta bona semper et omni tempore sint et esse debeant ipsorum Iudeorum fratrum et eorum filiorum tam marium quam femminarum et descendencium ex eis, et si quis ipsorum heredum decesserit sine liberis quod succedant superstites ex eis ambo vel unius ex eis superstes, et semper bona ipsa vadeant de filiis ad filios et descendencium ex eis, pro taliter quod ipsa bona non exeant domum et familiam predictorum heredum usque ad infinitum, et quod ipsa bona non confundantur cum chitubis et bonis uxorum predictorum Iudeorum et eorum heredum neque obligencium eorum uxoribus aliqua ratione vel causa, set omne tempore libera remaneant per dictis Iudeis et descendencibus ex eis, ut supra, usque ad infinitum.

Item predicta testatrix asseruit donacionem fecisset inrevocabiliter inter vivos predictis Benedicto, Merdoc et Sabet filiis suis de universis bonis eius vigore note celebrate manu notari Petri de Goffredo, ipsamque donacionem ex inde cum consensu et expressa voluntate predictorum donatariorum revocasse, cancellasse et penitus annullasse, reservatis dicto Sabet alii ex dictis donatariis unciis viginti bonorum mobilium ut predicti nominati, et Benedictus, Merdoc et Sabet eius filii una parte petente ab altera sunt confessi predicta vera esse. Renunciantes execucione. Propterea predicta testatrix voluit, mandavit conscenciarum eodem Sabet quod predicte unce decem et cortina prelegatiis per eam ipsi Sabet intelligantur et succedant in locum et iuxta compotorum predictarum unciarum viginti reservatarum per eundem Sabet in dicta donacionis, et ratificaverint et acceptaverint revocationem et annullacionem predicte donacionis dudum factam per dictam testatricem dictis filiis suis ut supra.

Item predicta testatrix quietavit et liberavit eosdem Merdoc et Sabet stipulantes ab ea de loherio dicti domus et apothece pro temporibus retrolapsis quibus predicti fratres in eisdem domo et apotheca morati fuerunt, irritando et annullando presentis vigore quaddam cedulam

## *Sicily*

redaptam penes acta curie preture, ut predictur, seu alterius curie, et ad invicem de predictis se quietaverunt.

Item legavit pro maramme Miskite Iudeorum Panormi uncias quatuor exsolvendas infra annum a morte testatricis in antea.

Item quietavit eundem Benedictum eius filium de loherio debito per eum ipsi testatrici per eo tempore quo idem Benedictus moratus extitit in eisdem domo et apotheca. Item constituit suos fideicommissarios et executores sui presentis testamenti eosdem filios et universales heredes quemlibet eorum in solidum etc. quibus auctoritate dedit. Et hec est ultima voluntas dicti testatricis et ultimum suum testamentum quam et quod valere voluit suum testamentum quam et quod valere voluit iure testamenti, et si iure testamenti non valere valeant et valebit iure codicillorum, et si iure codicillorum non valerent valeat et valebit omne via, modo, forma, iure et forma quibus melius valere poterit et valebit.

Testes: Bartholomeus de Blanco, Antonius de Aprea, Simon de Petro, Lemmus de Truglari, Iacobus de Randisio, Antonius de Clarello et magister Simon de Gambara.